

prima comprehenduntur Hordæ, quæ  
vocant, seu Tribus: in secunda Zagæ-  
tai, una cum omnibus populis usque  
ad montem Uxontem & desertum Lop-  
po: In tertia Cathay, cum omniibus pro-  
vinciis, quæ se extendunt inter deser-  
tum Loppo & Chinam: in quarta habet  
Belgian, Argon, Arsaret, Ania, regiones  
nobis fere incognitas.

## DE HORDIS TAR- TARORUM.

**T**artari, qui in Hordis vivunt, partim  
Moscoviæ Duci, partim Magno  
Chæ, partim peculiaribus parent re-  
gulis.

Sub Mosco Horda Cason, est, quæ ci-  
vitas est ad Volgam fluvium, olim Rha.  
Casanis subsunt Vacchini & Ceremessi,  
populi Magiæ deditissimi. A Casana,  
Astracanam usque, quæ & ipsa Mosco sub-  
dita est, iter unius mensis ferè expedi-  
to patet, per deserta vastissima.

Astracana ad Volgam fluvium jacet,  
emporium olim celebre.

Inter Volgam & Sur fluvium qui se in  
lacum Kitayensem exonerat, sedent Na-  
gaini,